

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1156

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

sint absoluti.] quam libertatem approbatione privilegii dilectissimi proavi nostri
 Heinrici quinti dive memorie gloriosissimi Romanorum imperatoris omni auctoritatis
 nostre munimine confirmantes, dilecti fidelis nostri Burchardi Argentinensis episcopi
 precibus inclinati servientibus monasterii sancti Thome apostoli et servientibus
 5 monasterii sancti Petri apostoli in suburbio Argentinensi lege in perpetuum valitura
 concedimus et corroboramus. quod ut firmum et inconvulsum omni evo permaneat,
 presentem inde paginam signi nostri karactere et sigilli nostri impressione insi-
 gniri^a, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec sunt: Burchardus Argen-
 tinensis episcopus, Humbertus Bisuntinus archiepiscopus¹, Ortliebus Basiliensis
 10 episcopus², Hermannus Constantiensis episcopus³, Stephanus Metensis episcopus⁴,
 dominus Welpho⁵, Bertolfus dux Burgundie⁶, Cunradus frater imperatoris⁷, Fri-
 dericus palatinus comes de Withelenegbach⁸, marchio Hermannus de Baden⁹,
 Matheus dux Lotharingie¹⁰, comes Rudolfus de Phullendorf, comes Bertolfus de
 Andesse, comes Hugo de Dagesbure, comes Sigebertus, Waltherus de Horburg,
 15 Anselmus advocatus ejusdem civitatis¹¹, Henricus, Egelolfus cognatus ipsius,
 Waltherus quondam scultetus, Dietericus, Simundus, Erbo, Rudolfus, Nibelungus,
 Reinhardus prepositus, Petrus decanus, Bertoldus custos, Henricus camerarius et
 alii confratres Argentinensis ecclesie.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris augusti.

20 Ego Arnoldus Maguntinus archiepiscopus et archicancellarius recognovi.

Datum Argentine 8 kalendas februarii, indictione 4, anno dominice incarnatio-
 nis 1156, regnante domno Friderico Romanorum imperatore augusto anno regni
 ejus 4, imperii vero 1.

25 Aus Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 182 nr. 70 nach dem lib. sal. 1347 = Ch. Schmidt
 Hist. du chap. de s. Thom. p. 290 nr. 6. — Böhmcr nr. 2357; Stumpf nr. 3735.

a) Zu ergänzen etwa jussimus oder fecimus.

¹ Humbert Erzbischof von Besançon, 1134—1162.

² Ortlieb Bischof von Basel, 1138—1164.

³ Hermann I von Arbon Bischof von Constanx, 1138—1166.

30 ⁴ Stephan von Bar Bischof von Metz, 1120—1163.

⁵ Welf VI Herzog von Spoleto und Markgraf von Tusciem gest. um 1196.

⁶ Berchtold IV Herzog von Züringen und Burgund, 1152—1186.

⁷ Konrad Pfalzgraf bei Rhein, 1155—1195.

⁸ Friedrich Pfalzgraf von Lengenfeld und Wörth, 1155—1179.

35 ⁹ Hermann III Markgraf von Baden gest. 1160.

¹⁰ Matthäus I Herzog von Lothringen, 1141—1176.

¹¹ Anselmus advocatus Argentinensis ebenfalls unter den Zeugen einer Urkunde Kaiser Friedrichs I,
 eine Schenkung an den Markgrafen Hermann von Baden betreffend, 1153 Juli 12 Erstein. Württemberg.
 Urk.-B. II, 76. — Stumpf nr. 3677.

107. *Bischof Burchard von Straßburg beurkundet, daß Wanhard und sein Sohn Johannes ihr Recht an Ländereien in den Gemarkungen Wolzheim und Uttenheim, die sie zunächst als bischöfliches, dann als Stiftslehen besaßen, dem Straßburger Domstift gänzlich übertragen haben. 1156 April 14.*

: In nomine sanctę et individue trinitatis. ego Burchardus divina favente 5
 clementia : Argentinensis ecclesię humilis episcopus omnibus tam presentis quam
 futuri temporis fidelibus per hanc auctoritatis mee^a paginam notum esse volui,
 qualiter Uuanhardus beatę Marię et ecclesię suę fidelis quinque mansos, quos in
 marchia Uuolcoldesheim et unum in Outenheim ab antecessore nostro Ottone vene-
 rabili episcopo¹ jure beneficii militaris possidebat, eidem episcopo reddidit et 10
 fratribus in principali ecclesia deo et beatę Marię servientibus eos legitime ab
 episcopo donari impetravit, et pro hac impetrata petitione pheodum aliud ad utili-
 tatem pontificis in manum ejus resignavit. prefatos quoque sex mansos jam dictus
 Uuanhardus a fratribus sibi et posteris suis pro censu quinque solidorum hereditario
 jure possidendos adquisivit. hujus vero jam dicte donationis veritatem et testimonio 15
 bonorum hominum et argumento privilegii diebus nostris adhuc extantis cognovimus.
 temporibus autem nostris, quando placuit ei, a quo omne bonum est, sicut operatus
 est Uuanhardo patri, ita operatus est et filio ejus Johanni ad bonam voluntatem, ut,
 quicquid juris in sex mansis prefatis haberet, pro anima sua et parentum suorum
 fratribus nostris ecclesię majoris sub presentia nostra et per manum nostram et eorum, 20
 qui interesse debebant, traditione legitima donaret et ecclesiam dei et beatam
 virginem Mariam heredem suam in hac parte faceret. pro cujus donationis beneficio
 caritatis intuitu canonici Johannem in communionem fraternę orationis et stipen-
 diorum receperunt et ei sex mansos predictos diebus vite suę dimiserunt. facta
 est autem a nobis et a Johanne *hec donatio*^b anno incarnationis dominice 25
 1156, indictione 4, 18 kalendas mai sub presentia testium, qui subnotati sunt :
 Reginhardus prepositus, Petrus decanus, Lentfridus cantor, Berhtolt custos, Heinricus
 camerarius, Lüdewicus coriepisopus, Cünradus coriepisopus, Heinricus portarius,
 Egeno canonicus, Anshelm advocatus, Dieterich burgravius, Uualtherus, Symunt,
 Rüdolf, Uuerenhere marscalcus, Friderich, Cāno, Gotefrit, Sigefrit, Uuילהelm, 30
 Burchart, Eberhart. ego Herimannus ebdomodarius scripsi.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2708 or. mb. c. sig. int. subt. impresso laeso.

G coll. Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 186 nr. 72 nach dem lib. sal. 1347.

a) In B Riß im Pergament. b) In B Lücke durch Loch entstanden.

¹ *Bischof Otto von Straßburg 1089 Mai 30, s. nr. 58.*